




Ecce sicut óculi servórum, * in má nibus dominórum suórum.

Sicut óculi ancillæ in má nibus dómínæ suæ : * ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum donec misereátur nostri.

Miserére nostri Dómine, miserére nostri : * quia multum repléti sumus de specti óne :

Quia multum repléta est ánima nostra : * oppróbrium abundántibus, et despéctio supérbis.



dicat nunc Isra-el : * ni-si qui-a Dóminus erat in nobis,

Cum exsúrgerent hómines in nos, * forte vivos deglutíssent nos :

Cum irascerétur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra : * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.


Benedíctus Dóminus *

qui non dedit nos, in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venántium :

Láqueus contrítus est, * et nos liberáti sumus.

Adjutori um nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum et terram.



Ant. ADJUTORI-UM nostrum in nómine Dómini.